

I. Herodis crudelitatem. II. SS. Innocentium laudem, praconium, & felicem exitum. III. Adventus Christi finem. IV. perturbationis hierosolimitanae causam. *Ibid. col. 4. serm. 9. de ss.*

Eiusdem sermo tertius, SS. infantium pro Christo interemperiorum felicitatem, & beatitudinem eloquitur, ipsos martyres martyrumque flores, quos persecutio nisi pruina decoxit, nominat, aduerteret proximorum persecutores, & in alios male agentes acriter inuehit & maius dispendum sibi ipsis, quam alijs facere ostendit; bonorum & malorum differentiam in presentivitate, declarat, & docet malos bona quidem habere sed bonos non esse, bonos verò mala pati, & malos non esse, imò malis mala esse, & bonis omnia bona extare; Postremò ad veras diuitias, falsis contemptis, fidelium animos prouocat. *Ibidem sermo 10. de ss. fol. 259. col. 1. 2.*

Eiusdem sermo quartus illud Apocalypsis 6. *Tidibus at are Dei animar. &c. cōmentatur & varia inquirit ac soluit, nī, mirū, eur anima SS. Innocentium dicantur reposita sub ara Diuīna: Vbi quādam de Martyrum reliquijs in altaris reconditis, quare sancti iam cū Domino manentes, vindictam de inimicis expertant, qui hīc peregrinantes etiā pro persecutoribus preces fundere debebant? Quæ sint stola alba quibus vesciuntur? In martyrum solemitatibus quid agendum? Ac tandem sanctorum pro Christo vitâ funerorum elogia & felicem in patria statum celebrat.* *Ibid. serm. 11. de ss. fol. 259. col. 3. 4.*

S. BASILII. *SELEVIA oratio de infantibus in Bethleem ab Herode sublati, describit orationis modo, innocētiū horrendam trucidationem, matrū flebilem miseriā, Herodis vésaniam, crudelitatem, & ad latellites suos militarem orationem, genitricum & militum pugnam, parvulorum & parentum clamores & vultus sanguinis effusi, & membrorum cornuculorum hinc inde sparsorum crudeles spectaculi, denique Christi de Herode, & demonibus singularē victoriā.* *Orat. 37. a pag. 188. ad p. 194.*

S. V. BEDA homilia in Natali SS.

A Innoc. Mart. lectionem euangelicam literaliter & mysticè explicat, omnes circumstantias necis SS. infantium examinat, & eas ad Ecclesiam persequitionibus afflictam refert, hoc modo, parvuli occisi, fideles sunt, quia humiles & minimi; qui non solū in Bethleem sed & in omnibus finibus eius, hoc est, per totum orbem afflictionibus impetruntur, qui à bimatu, doctrina & operatione perfecti, qui verò infra, in fide simplices; in his autem omnibus Christus queritur, quia fidem Christi & charitatem eius quibus viuius extingue re nituntur. Interim plorat mater Ecclesia, & auditur vox sanguinis fratrum Christi, de terra, sed Christus in Aegyptum tunc translatum, cum peccatorum conversioni manum suam apponit; & cetera huiusmodi, Ultimò Martyrum coronas, gloriam, palmas, & stolas prædicat, & verbis à D. August. mutatis, celebrat.

*Tom. 7. homil. byzant. de ss. col. 314. & seq.*

S. BERNARDI in Natali SS. Innoc. sermo, agit de quatuor cōtinuis solēnitatibus Natiuit. Domini. SS. Stephani, Ioannis, & Innocentium, triplex genus sanctitatis & martyrij refert, Christum totius sanctitatis originem esse, paucis docet, Innocentes, veros martyres, & Dei martyres proclamat. Postremò directa voluntate, & bono opere sermo nī adificatoriè terminat. *col. 65. 66. 67.*

S. P. CHRYSOLOGI sermo S. Seueriano falso adscriptus, Herodis immanitatem, præsumptionem, casum in laqueum quem tetenderat, demonstrat: cur Christus necem parvolorum permiserit, rationem affert: Innocentes, beatos prædicat, beatos ipsorum parentes, beata verba quæ se ipsis infantulis infuderunt, beatas lachrymas quæ pro talibus fusæ sunt, beatos ventres, qui tales portaverunt, denique martyrium non constare per meritum, sed venire per gratiam, ostendit. *Serm. 152. col. 387 & iuxta errorem Typographi 395. & sequentibus.*

Eiusdem sermo, ut videtur, incompletus, duo facit, vnum, partum virginicum, humani sensus, & naturæ transcenderē limites: alterum, maximum